

**De aphthis : specimen inaugurale medicum ... / publice defendendum edit
Joannes Michaelis Brodhag.**

Contributors

Brodhag, Johann Michael.
Université de Strasbourg.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Argentorati : Typis Joh. Henr. Heitz, 1787.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/cpxrfcew>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

19
DE APHTHIS

SPECIMEN INAUGURALE MEDICUM

PRO LICENTIA

GRADUM DOCTORIS MEDICINÆ

OBTINENDI

GRATIOSÆ FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU

D. XXIV. NOVEMBRIS MDCCLXXXVII.

PUBLICÆ DEFENDENDUM EDIT

JOANNES MICHAELIS BRODHAG

LOERRACO-BADENSIS.

H. L. Q. C.

ARGENTORATI

TYPIS JOH. HENR. HEITZ, UNIVERS. TYPOGR.

CONSPECTUS.

Seçt. I. Historia litteraria

1. *Etymologia ac Synonymia*

a) *Latinorum* §. 1.

b) *Germanorum* §. 2.

c) *Anglorum, Belgarum, Arabum, Gallo-*
rum §. 3.

2. *Antiquitas* §. 4.

Seçt. II. Natura morbi

1. *Descriptio f. Character genericus* § 5. 6.

2. *Analogia & differentia*

a) *a miliaribus*. §. 7.

b) *a petechiis* §. 8.

c) *a variolis* §. 9.

d) *a morbillis* §. 10.

e) *a scarlatina* §. 11.

f) *ab angina gangrænosa* §. 12.

g) — — *polyposa* §. 13.

h) *a scorbuto acuto* §. 14.

3. *Aetiologia* §. 15 - 19.

4. *Diæresis f. Divisio* §. 19.

5. *Semiotica.*

a) *Diagnosıs*. §. 20.

b) *Prognosis* §. 21.

Seçt. III. Cura

1) *prophylactica* §. 22.

2. *radicalis.*

a) *morbi* §. 23.

b) *symptomatum* §. 24.



DE APHTHIS.

§. I.

Insignis est denominationum, quibus morbum, quem describendum suscepimus, varii auctores, variaeque gentes insignivere, caterva, ex omnibus autem nulla magis placet pro genere hujus morbi designando, quam ea, qua *Aphtha* dicitur, quod nomen genericum græcæ originis a verbo ἀπλω, accendo, forte derivandum, ob similitudinem, quam pustulæ aphthosæ cum iis a combustionem ortis habent, etiam hodie omnes Nosologi assumere. Reliqua quæcunque nomina vel speciem modo, vel majorem morbi gradum designant: sunt vero sequentia:

1. *Lactucimina, Lactumina.* Quamvis AMATUS LUSITANUS a) hanc vocem aptam esse crediderit, tamen ex infra dicendis patebit, eam unicæ modo speciei, ei nempe, quæ a lacte corrupto orta, in-

a) Cent. I. Curat. 17.

fantibus ubera adhuc trahentibus præcipue familiaris est, omni jure hodie tribui.

2. *Serpentia oris ulcera* CELSUS b) nominavit: ast aphthæ tunc demum, quando vel ob neglectam, vel perverfam curationem, vel ob materiæ morbosæ malignitatem vicina corrodunt, depascuntur, adeoque quasi serpunt, hoc nomen merentur. Tunc ulcus *esthiomenon* etiam vel *nomas* vocari a medicis solere, inquit FORESTUS c). Audiunt etiam ulcera cacæthe.
3. *Fervida oris ulcera* VAN LINDEN d) vocavit, vel quoniam ad originem vocis $\alpha\pi\lambda\omega$, vel ad unum ex præcipuis symptomatibus, summum nempe caloris sensum respexit.
4. *Ulcera Syriaca, Ægyptiaca*, apud FORESTUM audire, ait Cel. STARK e); a regionibus calidis, Sy-

b) De Medicina Libri octo &c. Lugd. Bat. 1746. Lib. II. c. 2.

c) *Observationum & curationum medicinalium & chirurgicarum Opera omnia IV Tomis digesta.* Rothomagi 1653. T. II. pag. 108. nro. 5. *esthiomenon* ab $\epsilon\sigma\theta\acute{\iota}\omega$, edo, comedo, consumo. nro. 6. *nomæ*, a $\nu\omicron\mu\eta$, pastus, it. actio ipsa depascendi, hinc $\nu\omicron\mu\alpha\iota$ apud DIOSCORIDEM idem est ac *ulcera depascentia carnem*, seu, quæ pascendo serpunt. — Vid. etiam RIVERIUM in *Praxi medica cum Theoria*. Lugduni 1674. T. I. pag. 381.

d) Quoniam ad manus non est ipsius VAN LINDENII liber, liceat citare SLEVOGT *Tractat.* §. I. in STARKII *Tractat.* sæpius cit. p. 93.

e) *Abhandlung von den Schwämmen, nebst einer Uebersetzung des Ketelærs und Slevogts von den Schwämmen.* Jena 1784. pag. 2. in nota: evolvi locum citatum FORESTI, nec illud nomen reperire potui.

ria & Ægypto ita vocantur, quoniam, uti infra patebit, præter alia, aër insigniter calidus aphthis producendis aptus est *f*).

5. Περιγώδες a GALENO *g*) dicuntur; eam denominationem nostræ primæ speciei tribuimus ob rationes infra dicendas.
6. *Pustulæ oris* ab HALY ABBAS *h*).
7. *Vesiculæ gingivarum* SENNERTO *i*). Denominatione incompleta:
8. *Ulcuscula oris* Fel. PLATERO *k*) & PLINIO *l*). Quoniam vero peculiaris quid habent, quo ab aliis ulceribus se distinguunt, hinc hæc denominatio non convenit.

§. II.

Hæc quidem sunt nomina latina & latino-græca, aut non minor est numerus synonymorum nostro morbo attributorum, quæ hinc inde apud auctores idiomate germanico scriptos leguntur. En eorum Syllogen: sub nomine *die Schwämmgen* apud omnes venire solet in genere, cætera vero nomina ut plurimum minus sunt usitata: e. g. *der Vosz oder Soor m*),

f) SLEVOGT in *Starkii libello*. pag. 119.

g) *Def. med.*

h) Vid. SAUVAGES *Nosologia methodica*. p. 455.

i) Ejusd. *Præcticæ medicinae* Lib. II. Wittebergæ 1629. p. 62.

k) *Praxis medica*. Basileæ 1656. T. I. p. 106.

l) Vid. FOREST l. c. pag. 107.

m) Ch. G. MELLIN *Kinderarzt*. Kempten 1783. pag. 119. ROSENSTEIN *Anweisung zur Kenntniß und Kur der Kinderkrankheiten*. Göttingen 1785. pag. 57.

Kurvos oder *Kurves* n), *der Mehlhund* o), *Kuhn* oder *Kahn* p), *das weiße Mäulchen bey Kindern* q), *Mundzehr* r), *Mundgeschwüre* s), *Mundfäulblattern* t).

§. III.

Angli nostro morbo tribuere nomen *The Thrush* u), Belgis audit *de Sprouw* v) : nomen vero alterum belgicum, quod occurrit in BLANCARDI Lexico medico w) *Mondgezweer*, omnia ulcera oris in genere designat, ideoque ad nostrum morbum non quadrat. Arabibus vocatur *Alcola*, *Al-*

n) MELLIN l. c.

o) Sic morbus noster voce vetulis familiari, in Bavaria vocatur. vid. G. ARMSTRONG *über die gewöhnlichsten Kinderkrankheiten und deren Behandlung aus dem englischen übersetzt*, von J. CH. GOTTL. SCHÆFER. Regensburg 1786. pag. 14. in nota; porro J. G. BERNSTEIN *Praktisches Handbuch für Wundärzte*. Frankenthal 1786. B. I. Seite 217.

p) BERNSTEIN l. c. FEHR sub hac nomine proprium morbum infantilem descripsit; vid. *Ephemerid. Germ.* Dec. III. a. 2. obs. 200. pag. 310. ast nonnisi incipientes aphthæ sunt, vid. SLEVOGT in STARKII libello. p. 110.

q) BERNSTEIN l. c.

r) Ita dicitur ab Ill. ARMSTRONG l. c.

s) Ita vocatur ab auctore def. medic., qui liber falsæ GALENO adscribitur.

t) Ita nominantur aphthæ apud CRANZ, vid. *Ejus medicinisches und chirurgisches Arzneymittellehre, nach dem System der Natur; übersetzt von XAV. JOS. LIPPERT*. Wien 1785. I. B. I. Th. pag. 472. est etiam vox apud Argentinenses usitata. — *Mundfäule*.

u) STEPH. BLANCARDI *Lexicon medicum*, ed. a. J. FR. ISENFLAMM. Lipsiæ 1777. pag. 96.

v) BLANCARD l. c.

w) l. c. p. 96.

gola f. Calaba, Bresque Occitanis; Galli appellant *les aphthes*. & male a SAUVAGESIO x) *Chancres* nominari videntur.

§. IV.

Num aphthæ Veteribus jam notæ fuerint, numne, non consentiunt auctores: KETELAER y) quidem & OOSTERDYK SCHACHT z) argumenta afferunt, quibus magnam nostrarum aphtharum ab iis, quæ apud veteres descriptæ leguntur, differentiam ostendere conantur, ast irrita jam fecerunt ista VAN SWIÉTEN, VOGEL, CL. STARK, alique, & nullus dubito, quin his ultimis toto animo subscribam. Ne vero nimis morer in hac disquisitione minus gravi, & ne actum agere videar, ablego lectores præcipue ad CL. STARKII tractatum de aphthis supra jam citatum, ubi ex

x) *Nosologia methodica* T. I. p. m. 455.

y) Non displicebit forsan, si hic quinque, quæ mihi innotuerunt, KETELAERI Tractatus editiones patefaciam: prima editio prodiiit Zirizæ sub titulo *Comment. med. de Aphthis* Belgarum ao. 1669. exeunte Augusto (ergo non 1672 prouti Stark dicit p. 7.) altera editio prodiiit Genævæ ao. 1727. & subjuncta est *operibus medicis* RICHARD MORTONII simul cum GUALT. HARRIS *Tract. de morbis infantum, ejusdemque Observ. de morbis aliquot gravioribus*. Tertia editio reperitur adjuncta iisdem MORTONII *operibus medicis*, quæ prodire Venetiis ao. 1733. Editio quarta addita est Tractatui GUALT. HARRIS *de morbis acutis infantum* &c; qui seorsim prodiiit Amstelodami ao. 1736. Editio quinta prodiiit in linguam germanicam traducta a Dn. HUSCHKE cum notis Ill. STARKII Jenæ ao. 1784. est hæc ultima editio, quæ mihi inferviit, quamque jam citavi.

z) *Instit. medicinæ practicæ*. Amstelodami 1767. p. 178.

HIPPOCRATE, CELSO, GALENO, ARETÆO, ÆTIO, PAULO ÆGINETA, FORESTO, PLATERO, aliisque auctoribus ante KETELAERUM florentibus satis superque edocuit, veteribus aphthas innotuisse. Plurimos ex modo dictis auctoribus evolvi, legi & relegi, & omnino vestigia nostræ labis, præcipue aphthæ lactuicinis, & aphthæ malignæ reperi. Id tamen præterire nefas esset, Cl. LORRY *a)* ad eos pertinere, qui HIPPOCRATEM non bene intellexerunt; confundit enim ni fallar ipse, Cel. vir aphthas, quas HIPPOCRATES ait, mulierum pudenda præcipue vexare cum pustulis & maculis, quæ in cachecticorum cruribus nasci solent.

§. V.

Intelligimus vero sub aphthis escharas subrotundas, granum milii imo pisum interdum æquantes, coloris ut plurimum albi, pellucidi in medio, rubri in ambitu, vel etiam pro diversitate humorum plus minusve corruptorum ipsas producentium colorem flavum, cinereum, fuscum, lividum, nigrum induentes; ductibus excretoriis in superficie labiorum, gingivarum, oris, linguæ, uvulæ, faucium, rarius etiam arteriæ asperæ, œsophagi, ventriculi, intestinorum*) & pudendorum obviis innatas, discretas vel confluentes, incerto tempore commoraturas, cum vel

a) AN. CAROL. LORRY de *morbis cutaneis*. Parisiis 1777. p. 77.

*) Ill. JON. SIDRÉN Med. Doct. & Medicinæ Pract. Professor Upsal. solus est, quantum equidem scio, qui tribus propriis observationibus in cadaveribus aphthosis factis innixus contendit, aphthas ultra fauces, nusquam apparere, — quid in hac re ve-

sine febre stipatas, quæque sponte vel arte sublatae ichorem contentum plorant & sæpe cito renascuntur.

§. VI.

Elucescit hinc Figura, Magnitudo, Color, Sedes, Natura & Differentia aphtharum, quam ultimam conferendo istas cum aliis morbis, iis aliquatenus affinis, sequentibus paragraphis luculentius ostendam.

§. VII.

Habent enim aphthæ analogi quid cum nonnullis morbis, & hinc cum sequentibus fere comparari solent. — Primo cum exanthemate miliari. Convenire cum hoc, docent:

- 1) quod interdum miliarium more, tanquam symptoma, morbis acutis & febribus continuis sese adfoecient *b)*
- 2) quod in istis morbis non nisi regimine calido & medicamentis calefacientibus adhibitis oriantur & methodo antiphlogistica & purgantibus initio propinatis præcaveri possint *c)*, quæ natura quoque aphtharum est.

ri sit, & num Ill. SIDRÉN jure omnibus reliquis auctoribus de hac materia meritis contradixerit, ulteriori inquisitioni Practicorum relinquo, equidem adhuc dubito. Vide *Nova Acta regię societatis scientiarum Upsaliensis*. Upsl. 1780. Vol. III. p. 36.

b) VAN SWIETEN *Commentaria in H. Boerhaave Aphorismos de cognoscendis & curandis morbis*. Lugd. Bat. 1755. T. III. pag. 201. porio STARK l. c. §. 32. p. 172. SELLE *medicina clinica*. p. 113.

c) ANT. DE HÆN *Ratio medendi*. Viennæ austriæ 1773. Pars X. pag. III. & sqq. — adhibita licet hac cautela miliaria tamen crupisse ait Ill. QUARIN, de *curandis febribus & inflammationi-*

- 3) quod similia nonnulla symptomata utrumque morbum præcedant *d*).
- 4) quod uno eodemque tempore, imo eodem in homine unâ interdum prodeat uterque morbus *e*).
- 5) quod si unâ adsit utrumque exanthema in eodem subiecto, uno exsiccato alterum se extollat & viceversa *f*)
- 6) quod ægri aphthis affecti odorem, vappidum acetum referentem per conclave, in quo decumbunt spargant, quem etiam in miliaribus observare solemus *g*).
- 7) ob similitudinem pustularum & reditum post delapsum, quod in utroque morbo ita observatur *h*).
- 8) quod uterque morbus per contagium communicari possit *i*).

bus commentatio. Viennæ 1781. pag. 100. ob has aliasque rationes additas concludit pag. 102. miliaria nonnunquam critica esse.

d) VAN SWIETEN l. c. item STARK l. c. §. 32.

e) DE HÆN. l. c. P. X. p. 238. vid. it. MACBRIDE *Introduction méthodique à la Theorie & à la Pratique de la medecine; traduit de l'Anglois* par Mr. PETIT-RADEL Paris 1787. T. II. p. 144.

f) STARK l. c. §. 32.

g) VAN SWIETEN l. c. — Pessimum præjudicium nonnullorum animis infedit, cum in miliaribus odor vappidi aceti notetur, absorbentia exhibere & acidiusculorum acidorumque usum interdicere. Sitis ingens & appetitus, quo ægri ad acida feruntur, id non peccare, sed metum putredinis adesse docent, cadavera certe eorum qui miliaribus pereunt, cito intollerabiliter foetent & intumescunt. — QUARIN de *curandis febribus* &c. p. 103.

h) VAN SWIETEN l. c. it. SAGAR vid. CULLEN *kurzer Begriff der medicinischen Nosologie.* Leipz. 1786. T. II. p. 143. item QUARIN de *curandis febribus* &c. pag 97. confer hanc description pustularum miliarium cum ea pustularum aphthosarum §.5. data.

i) de *miliaribus* vid. DE HÆN. l. c. P. X. pag. 218. — nunquam

Differre vero ostendunt:

- (1) quod peculiaris nonnulla symptomata præcedant & comitentur miliarium eruptionem, quæ in aphthosis non observantur *k*).
- (2) quod nunquam exanthema miliare sit morbus idiopathicus, cum aphthæ e contrario etiam idiopathicæ nascantur *l*).
- (3) quod diversum locum occupent. Hanc solam differentiam intercedere utrumque inter morbum credidit VAN SWIETEN *m*) & Ill. KREBS *n*), qui ultimus ait: eandem acrimoniam, quæ in miliaribus ad cutem deponatur, in aphthis deponi ad intestina &c.
- (4) quod papulæ diversæ sint, majores & latiores plerumque in aphthis, magisque elevatæ, minores, non adeo supra epidermidem eminentes in miliaribus.

§. VIII.

Secundo cum petechiis. Affinitatem exanthematis miliaris cum petechiali egregie ostendit contra PRING-

miliaria contagiosa vidit CULLEN, vid. l. c. Th. I. pag. 194. — aphthas contagiosas esse docent ulcuscula nutricibus vel matribus infantes aphthis laborantes lactantibus communicata ab istis, i. e. der *Fasch*.

k) VAN SWIETEN l. c.

l) CULLEN l. c. T. I. p. 139.

m) l. c.

n) FR. CH. KREBS *medizinischer Beobachtungen II Band Ites Heft*. Quedlinburg und Blankenburg 1786. pag. 8.

LEI systema militans Ant. DE HÆN o), qui distinctis verbis ait, non diversissimam petechiarum miliarumque naturam esse, sed idem corruptionis, idem circulationis vitium. Eodem in loco Lemma affert ex HUXHAMO, quo constat, uno eodemque epidemici tempore & petechias malignas & maligna miliaria & aphthas malignas unâ quandoque vel eodem in homine prodire. Quid ergo aliud inde sequitur, quam convenire aphthas malignas cum petechiis natura, & idem quod de miliaribus jam diximus, etiam de petechiis valere. Differt vero uterque morbus loco affecto & exanthematis facie, in petechiis moribus pulicum fere simili p).

§. IX.

Tertio cum variolis conveniunt ita

1. Aphthæ si non omnes species, certe febriles quatuor stadiis absolvuntur, prouti variolæ, stadio invasionis, eruptionis, suppurationis, & exsiccationis s. desquamationis q).
2. In ortu, ac initio præsentis morbi, augmento, statu ac decremento symptomata nonnulla in aphthis observantur, quæ & in variolis apparent.
3. quod uterque morbus per contagium communicari possit.

o) l. c. P. X. pag. 238.

p) Ab his distinguuntur, quod stigmatibus careant, quæ in moribus pulicum conspiciuntur. QUARIN de *curandis febribus* &c. pag. 109.

q) SAGAR in *Cullenii libro cit.* T. II. pag. 243.

Differunt vero multipliciter.

- 1) Natura sua toto cœlo differunt; variolæ enim sunt morbus sui generis ab omnibus aliis diversissimus, quamvis indoles ejus nobis non sit cognita.
- 2) Stadiis duobus ultimis præcipue, & modo, quo erumpit exanthema, & symptomatibus, quibus stipata sunt & exitu differunt.
- 3) Variolæ post exsiccationem non adeo facile redeunt prouti aphthæ.
- 4) Exanthema variolosum semper est symptomatum, præcedit nempe illud, si benignum fuerit, febris inflammatoria, si malignæ indolis, febris putrida, aphthæ contra observantur etiam idiopathicæ i. e. absque ullo morbo prægresso.
- 5) cura, prouti SLEVOGT ait, ast non credo, ista enim saltem respectu febris eadem est.
- 6) quod autem variolis non nisi una vice corripiamur, (in quo etiam SLEVOGTIUS differentiam ponit,) haud adeo certum est.

§. X.

Quarto cum morbillis. Quamvis ill. MURRAY r) dicat, nonnullis ante eruptionem morbillorum diebus albas nasci aphthosas maculas in gingivis, quæ in eruptione cum inflammatione erysipelatosæ per totum os & fauces dispergantur; nunquam tamen binii hi morbi confundi poterunt, cum morbillos semper symptomata catarrhosa præcedant, illosque co-

r) ROSENSTEIN l. c. pag. 298. in nota.

mitentur. Eruptio mobillofa porro in pluribus corpori partibus, facie primo, deinde collo, pectore, brachiis, dorso, lumbis & cruribus fit, quas partes aphthæ nunquam obfident; eruptio longe diverfa, s) virus morbillofum longe ab aliis alienum t); & fui generis haud adhuc fatis notum fit.

§. XI.

Quinto cum eruptione cutanea in febre scarlatina obvia, quam (Cl. MORTON u) cum morbillofo exanthemate pro eodem morbo male habet, docent enim decurfus febris scarlatinæ ejusque fymptomata, differre utrumque hunc morbum prouti bene oftendit ROSENSTEIN v). Eadem etiam differentiam ab aphthis monftrant, etfi initio fumma debilitas, naufea, vomitus, angina &c. adfint, quæ fymptomata etiam aphthas præcedere folent. Eruptio eft maculoſa, ruberrima, diffuſa w), in nonnullis modo papulæ x), purpuræ albæ fimiles, aſt humore vacuæ conſpicuuntur, præcipue prope aures, colum & articulationes manuum atque pedum. Heu quanta differentia!

§. XII.

Sexto cum angina gangrænofa f. cynanche pha-

s) ROSENSTEIN l. c. pag. 303.

t) ROSENSTEIN l. c. pag. 298.

u) ROSENSTEIN l. c. pag. 329. in nota.

v) l. c. pag. 341.

w) SAGAR in *Cullenii libr. cit.* pag. 335.

x) ROSENSTEIN l. c. pag. 335.

ryngea epidemica affinitatem alere aphthas malignas dixit LIEUTAUD y). Equidem isti adstipulor, quod in inflammatis faucibus, tonsillis &c. appareat macula pallida, irregularis, sese dispergens, escharam cineream f. cœruleo-nigram, ulcuscula obtegentem formans, quæ tussi sublata in alio loco iterum apparet z), febre etiam conveniunt.

§. XIII.

Septimo cum angina polyposa. Quoniam nempe crustæ aphtharum non putridarum, si ore rejiciuntur, membranæ tubuliformis speciem aliquando imitantur a), sed facile distinguî possunt crustæ aphthosæ a membrana quæ in polyposa angina rejicitur, istæ enim nec in saponis solutione deliquescunt, nec alias lymphaticæ concretionis dotes monstrat, & insuper insignis semper dolor excretionem crustarum aphthosarum sequitur, qui nunquam ægros polyposa angina laborantes post excretionem ejusmodi membranæ vexat.

§. XIV.

Octavo cum eruptione aliqua cutanea, quam sub nominibus Muguet, Millet, Blanchet, Scorbut aigu

y) *Innbegrif der ganzen medicinischen Praxis.* Frankenthal 1785. VI Th. pag. 269.

z) MELLIN l. c. pag. 193.

a) CH. FR. MICHAELIS de *Anguia polyposa f. membranacea.* Gœttingæ 1778. pag. 117.

f. contagieux nobis describere Ill. DOUBLET b), LEVRET, BERGIUS d), atque RAULIN. Est species eruptionis miliaris, referens puncta minuta, alba, erumpentia in cavo oris, etiam in œsophago, per 24 horas vexantia, quæ vero dein evanescunt, ast novæ priorum locum occupant, & hæc sunt, quæ similia cum aphtis habere hunc morbum credimus, præterea etiam in ulcera ficca ac nigra eruptio ista verti aliquando consuevit. Differt vero causa *), quæ in hoc morbo excessus nutrimenti vegetabilis esse creditur, & hinc etiam cura diversa, cum victus animalis optime conducat in morbo Millet dicto, a quo cavendum est in aphthis, nisi a lacte acidulo productæ fuerint.

§. XV.

b) *Memoire sur les symptomes & le traitement de la maladies venérienne dans les enfans nouveaux nés &c.* Paris 1781. pag. 63.

d) in *Actis Holmienfibus*. Vol. 33.

*) Societas regia medicorum Parisiensis in confesso, diei 7 Martii, anni 1786 pretium 50 Ludovicorum aureorum, quorum 25 beneficio administratorum nosocomii generalis parisiensis dati sunt, promisit illi, qui sequentem optime explicuerit quæstionem; quænam sunt causæ morbi aphthosi sub nominibus *Muguet*, *Millet* & *Blanchet* noti, qui morbus infantes, & præcipue in nosocomio congregatos unum, tres, quaterve menses natos invadit, quænam sunt ejus symptomata, quænam est ejus natura & cura tam prophylactica, quam radicalis. Vid. *Gazett. Salut.* 1787. Nro. XLI. Ex hac quæstione soluta, si prelo prodierit, plura haurire poteris, quæ huc spectant. Decrevit enim pretium inter 4 dividendum, in concessu 28 Aug. 1787. & duobus *Accessit* attribuit.

§. XV.

Causas aphtharum, ut legitimo more i. e. more pathologorum procedamus in *proximam* & *remotas*; has iterum in *prædisponentes* & *occasionales* dividemus. Disponunt ad aphthas:

- 1) *fibra gracilis, insigniter irritabilis aut mollis*; quoniam quemcunque levem stimulum celerius faciliusque percipit, & humoribus in eam agentibus minus resistere potest, hinc infantes facilius quam adultiores aphthis afficiuntur.
- 2) *Sanguis spissus, mucosus, alcalescens*, quoniam ægrius per vasa movetur, hinc obstructionibus & acritatibus ansam præbet; unde senes & phlegmatici potius quam mediæ ætatis homines & cholericici aphthis sunt obnoxii. Si ergo in homine, constitutio corporis ea est, ut ambæ hæ causæ unâ adsint, mirum non est, levi modo accedente causa occasionali aphthas oriri.
- 3) *habitatio palludosa gentium borealium*. Id a posteriori jam notum, quomodo a priori verum fit, infra explicabimus §. 17. n°. 3.

§. XVI.

Causas occasionales aphtharum constituunt vel morbi prægressi, vel vitia in sex rebus non naturalibus commissa. Ad morbos, qui causam procatarcticam aphtharum efficere possunt, referuntur:

1. *Morbi acuti*, quales sunt e. g. *febres malignæ*;

putridæ f), *bilioso-putridæ g)*, *febris nautica pestilentialis *)*, quam describit HUXHAM *h)*, ea *Xenodochiorum*, *carcerumque*, *febris dysenterica*, cum vel sine dysenteria comite *i)*, quæ juxta SYDENHAMUM **)* præcipue ad apthas producendas propensior est: porro *febres inflammatoriæ*, *anginæ k)* *inflammatoriæ*, *angina membranacea l)* &c. In omnibus hisce morbis adest in corpore materia acris irritans *m)*, movetur ista per vasa tenera valde irritabilia, circulatio sanguinis aucta est, inde major nascitur calor, partes aquosæ serosæ per sudores & alias evacuationes deperduntur, terreæ, mucosæ, viscidæ remanent, adhærent sibi invicem, ad os feruntur, ibi obstrukciones efficiunt, novus semper sanguis spissus, acer advenit, atque epithelium a subjectis partibus separat, & sic aphthæ formantur.

f) HUXHAM *Opera physico-medica*, curante CHR. REICHEL. T. III. Lipsi. 1764. — T. II. pag. 98.

g) KREBS l. c. STOLL *de cognoscendis & curandis febribus*. Vindobonæ 1786. §. 758. p. 273. STARK l. c. pag. 185.

**)* Ad affectus febribus pestilentialibus supervenientes præcipuos refert RIVERIUS *aphthas*. Vid. ejus *Prax. med. cum Theoria*. Lugduni 1674. T. II. pag. 638.

b) l. c. T. I. pag. 236.

i) VAN SWIETEN l. c. pag. 202. STOLL l. c. QUARIN *animadvers. præct. in diversos morbos*. Viennæ 1786. pag. 213.

*** Oper. L. B. 1741. pag. 190.

k) HUXHAM l. c. T. I. pag. 220.

l) MICHAELIS l. c. pag. 114. in not.

m) Inde aphthas oriri posse ait GAUBIUS in *institutionibus path. medicinalis*. Leid. Batav. 1781. p. 444. §. 697. Editio tert.

2) *Morbi chronici.* Ejusmodi sunt

1) *febris lenta nervosa n)*, *phthisis pulmonalis o)* aliave *tabes* ab ulcere quodam interno aut cancro occulto vel aperto &c. orta. Qui novit siccitatem & calorem oris, humores acres stagnantes, irritantes in his morbis adesse, qui scit exasperari adhuc magis febrem jam præsentem ichore ex ulcusculis in sanguinem reforpto, eoque ipso sanguinem spissiore, acriorem fieri, eamque sanguinis acrimoniam summum adhuc gradum adipisci sudoribus nocturnis, tussi, excretionibus per sputa & alvum, is certe non mirabitur, sub his conditionibus aphthas oriri posse.

2) *hydrops p)*. In hydrope a quacunque causa orto, effunditur pars serosa sanguinis in cavitatem aliquam corporis, ob eandem causam parca mingitur urina, nullus fere adest sudor, nulla fere perspiratio, sanguis & omnes inde secreti humores fiunt spissiores, acriores, accenditur febris; unde sæpe ulcera pessima & aphthæ in hydropicis oriuntur.

3) *lues venerea q)*. Venenum venereum præ cæ-

n) HUXHAM l. c. T. I. pag. 165. — febrem lentam cum diarrhœa biliosa ad hecticam inclinantem, cui aphthæ supervenere vid. in G. HORSTII senioris *Operibus medicis*, cura G. HORSTII junioris. Norimbergæ 1760. T. II. L. I. Obs. XXXVI.

o) WEBER de *causis & signis morborum*. Heidelbergæ & Lipsiæ 1787. L. II. Sect. II. pag. 199.

p) STARK l. c. pag. 199.

q) LIEUTAUD l. c. — *Medicus anonymus Monspeliensis*, cujus vid. *Tractatus duos pathologicos* 1) de morbis puerorum, 2) de morbis

teris inhæret humoribus serofis, eosque corrumpit; lui antequam per totum corpus scenam suam ludat, prægressa sunt alia symptomata venerea, e. g. gonorrhœa, ulcuscula cancrofa, quibus æque ac remediis adhibitis corpus summe debilitatur, multique humores aquosi deperduntur, inde reliqui spissescunt, qui, cum acre virus venereum iis inhæreat, facile, dum in ore colliguntur, aphthas producere possunt.

- 4) *Scorbutus* r). Causæ omnes scorbutum producentes e. g. clima frigidum, habitatio in locis mari vicinis, aut depressis, ædibus humidis, victus falsus, exsiccans, durus &c ita agunt, ut solida debilitent, inspissent fluida, lentorem hinc & visciditatem inducant humoribus, qui dein impediti, quo minus libere circulare possint, acrimoniam adsciscuntur in variis variam pro causa antecedente diversam: inde vero aphthas nasci posse, haud aliam exigit explicationem.
- 5) *Lues scrophulosa*; si nutrix ea laboret, infantem lactentem inde aphthis affici posse ait Medicus Monspeliensis anonymus s). Humores in ea lue cujus adhucdum naturam ignorari dolemus, spissos & acres esse, nemo est, qui igno-

cutaneis. Amstelodami 1760. pag. 103. PLENCK *Doctrina de morbis venereis.* Viennæ 1779. pag. 96. FOREST. l. c. pag. 108. Nro. 4. HORST. l. c. T. II. Lib. VII. Obs. VI. in Resolutione.

r) LIEUTAUD l. c. — *Med. Monspel.* l. c.

s) l. c.

ret, hinc omnino causam aphthis producendis aptam constituere potest.

3. Morbi alii.

- 1) *febris intermittens, continua facta t)*
- 2) *febris tertiana exquisita u).*
- 3) *Dentitio difficilis*; ob circulationem adauctiorem, & præcipue humorum ad os affluxum.

§. XVII.

Potentia nocentes ex sex rebus non naturalibus desumptæ, tanquam causæ occasionales considerandæ sunt:

I. Aer & quidem

- 1) *calidus*: nocet ob circuitum sanguinis inde auctum, quo partes serosæ dissipantur, terreæ remanent, humores ergo inspissantur, motuque ipso celeriori acriores fiunt, irritant: a nimia aëris siccitate & caliditate pueros frequenter aphthis correptos esse ait Medicus Monspeliensis anonymus v). Magis adhuc nocet:
- 2) *humido-calidus*. Aer humidus solida relaxando, vapores e corpore excernendos non recipiendo, hinc perspirationem supprimendo, colluviem serosorum humorum lentorum inducendo, circulationem minuendo agit; si jam serosi lentique

t) VAN SWIETEN l. c. pag. 201. text. Boerh.

u) VAN SWIETEN l. modo citat.

v) l. c. vid. porro STOLL l. c. pag. 274. §. 757. ubi inter causas recensetur tempestas calida.

isti humores in vasculis minimis oris &c. stagnant, acrimoniam contrahunt, aphthæ oriri omnino possuut. Deterior longe adhuc est:

- 3) *humido-frigidus, palludosus*. Humiditati enim si frigus sese adfociat, omnia mala ex ista orta in pejus ruunt, dum humores inde coagulantur, motus progressivus magis adhuc retardatur, & omnis omnino naturæ vigor cadit.
- 4) *mephiticus*, a corruptione qualicunque corporis animalis ortus w).

II. *Ingesta acria*, cibi, potus, condimenti, medicamenti titulo. — Pertinent huc cibi saliti, fumigati, piperati, etiam dulces, si ex iis per fermentationem acre quoddam principium evolvitur; frequens usus vini in nutricibus x). Nocentque ea assumpta duplici modo:

- 1) vaporibus ex iis sese evolventibus in ventriculo, inque os adscendentibus.
- 2) eo, quod chylus, adeoque & sanguis vitiat, acer ex iis præparatur, quæ acrimonia dein omnibus aliis humoribus communicatur.

Referri huc etiam debet usus mercurii y) copiosus, in morbis eum exigentibus, lue venerea aliisque: cum disponat serum in glandulis salivalibus ad stagnationem & putredinem z). — Succum limonum

w) SLEVOGT l. c. pag. 119. §. 31.

x) LIETAUD l. c. *Med. Monsp. anonym.* l. c.

y) SAUVAGES l. c. PLENK l. c. SLEVOGT l. c.

z) SLEVOGT l. c. §. 35. pag. 123.

frequentius aut nimia copia exhibitum, aphthas quoque producere ait RIVERIUS *).

III. *Applicata externa*, acria, pungentia, rodentia, lacerantia, urentia, inflammantia. — Huc spectant exempla, quæ enarrat SLEVOGT a): unum de homine, qui dies noctesque herbam nicotianæ manducare confueverat, quique e somno putansprehendere se tabacum, assumsit emplastrum cantharidum, idque manducavit, unde aphthæ oriebantur: alterum de botanices cultore, qui ab aliquo commilitonum deceptus loco foliorum acetosellæ manducavit asari folia & similem prioris fortem expertus est.

IV. *Gesta*, ut motus nimius animi vel corporis, calor, æstus. — Nimia corporis exercitia & animi pathemata pro causis aphtharum agnovit Medicus Monspeliensis b); eadem æque ac curas & animi angores allegat LIEUTAUD c). Nocent hæc imprimis nutricibus ubera præbentibus, lac corrumpendo, quod suctum ab infante, aphthis afficit.

V. *Retenta intra corpus*, quæ excerni debuissent: huc pertinent e.g. perspiratio suppressa, bilis acris

*) Vid. LAZ. RIVERII *praxis medica cum Theoria* Lugduni 1674. T. II. p. 187. ubi commendat hunc succum ad imminuendos renum calculos.

a) l. c. §. 38. pag. 120. 121.

b) l. c.

c) l. c.

facta, fluxus menstruus suppressus *d)*, meconium non rite expurgatum apud infantes neonatos *e)*, saburra & vermes a LIEUTAUD *f)* allegata, cruditates in stomacho congestas, lac assumptum corruptum, id quod citat. Medicus Monspeliensis habet *g)*. Nec minus huc referri meretur mundities oris neglecta, quam præcipue tanquam causam aphtharum adduxit ROSENSTEIN *h)*.

Id tandem notasse adhuc hic velim, KETELAERUM *i)* aphthas semper per Crisin oriri contendisse, & quidem per Crisin imperfectam; adstipulantur isti SLEVOGT *k)*, OOSTERDYCK SCHACHT *l)*, VAN SWIETEN *m)* & VOGEL *n)* quos vero omnes pluribus jam correxit Ill. STARK *o)*, meliora nos docens. Etiam de HÆN *p)*, Cl. KREBS *q)* & Ill. QUA-

d) SLEVOGT l. c. §. 37. pag. 124.

e) LUDWIG *institutiones medicinæ clinicæ*. Lipsiæ 1758. §. 738.

f) l. c.

g) l. c. & RIVERIUS l. c. T. I. pag. 380.

h) l. c. pag. 60.

i) l. c. pag. 17. §. 10. sqq. vid. porro V. SWIETEN l. c. p. 203.

k) l. c. pag. 125. §. 38.

l) l. c. pag. 279. §. 6. ubi dicit aphthas alias criticas esse, alias symptomaticas.

m) l. c. pag. 202.

n) *Vorlesungen über die Kenntniß und Heilung der vornehmsten Krankheiten des menschlichen Körpers &c.* Leipz. 1780. pag. 156. §. 164.

o) l. c. pag. 20 in nota ad §phum 12. lit. w.

p) l. c. pag. 112 & 114. — & ejusd. *Prælectiones in Herm. Boerhaave institutiones pathologicas* ed. FR. AUG. DE WASSERBERG. Viennæ 1782. T. IV. pag. 204 in not. ubi ait: criticæ sunt ra-

RIN *) criticam evacuationem aphthas minime esse dicendas ajunt. Ut ergo ex his quæ hucusque dicta sunt, facile quid sentiendum sit, erui possit.

§. XVIII.

Causa proxima esse videtur, emissariorum liquores salivofum & mucosum fecernentium exulceratio, facta ex obturatione illorum canalium per humores lentos, viscidos, acres.

§. XIX.

Ex recensitis hætenus causis aphtharum elucescit, optime eas dividi posse in Idiopathicas & Symptomaticas; ad quam distinctionem necesse est ut attendamus, utpote in methodum aphthas curandi sua contribuentem. Subdividuntur vero iterum optime in plures alias species: & idiopathicæ quidem sub se comprehendunt:

- 1) *aphtham pemphigoden*
- 2) *aphtham lactucimen.*

Ad symptomaticas vero referuntur

- 3) *aphtha febrilis*

ro, ut petechiæ, & miliaria; plurimum, ut hæ, sunt symptomaticæ &c.

q) l. c. ubi ait aphthas æque ac miliares non esse criticas, cum morbum, cujus symptomata sunt, non levent.

*) In *Commentat. de curandis febribus & inflammationibus*. Viennæ 1781. p. 21. ubi de crisi synochum non putridam judicantibus agens, ait, præter alia etiam aphthas diebus criticis quandoque prodire, quas vero summam humorum ad putredinem dispositionem potius, quam crisin notare putat,

4) *aphtha maligna*

5) *aphtha syphilitica cum mercuriali*

6) *aphtha scorbutica.*

Aphtha pemphigodes: equidem hanc speciem addidi & a reliquis distingui deberi credo. Pemphigoden appellavi a πέμφιξ, *bulla*, quoniam talem refert & prouti bulla saponacea sæpe subito evanescit. Omni ætati familiaris est; oritur vel ab ingestis in corpus, vel retentis in corpore vel externe applicatis acribus; absque febre est, & nulla, nisi insignem calorem & difficilem masticationem, symptomata creat; 12 horas, interdum vero etiam plures dies persistit. Bis observavi hanc speciem in ancilla mea r); totum linguae apicem, & infra eam frænulum occupavere escharæ aphthosæ plures: & alia vice minus copiosas vidi in fœmina quadam; sæpius sub auspicio Ill. SPIELMANNI, eas videndi in infantibus 3-4 annos natis occasio mihi facta est. Pertinent huc istæ aphthæ, quas ab externa causa ortas descripsit SLEVOGT s) atque Cl. STARK t), quasque idiopathice natas vidit idem STARKIUS u),

r) Tempestas, qua aphthis afficiebatur ancilla, erat humido-calda, pluviosa, & quoniam servitus, qua fungitur, non permittit, quo minus tali tempestati sese exposuerit, hanc causam exanthematis fuisse credidi; forsan etiam in diætâ vitium commisit, id quod certo dicere nequeo.

s) l. c. §. 35. pag. 123. vid. supra §. 17.

t) l. c. §. 20. pag. 163.

KETELAER, BOERHAAVIUS v), atque VAN SWIETEN w).

Aphtha lactucimen SAUVAG. *Aphtha* infantum CULLENII. Denominatio ostendit, sub hac specie eam solam x) intelligi debere, quæ infantibus lactantibus! familiaris est, quæque vel a lacte corrupto vel a meconio &c. non rite expurgato oritur, ideoque male a SAUVAGESIO asseritur, invadi ab ista etiam adultos; ut me iudice id potius de priore specie valeat: absque febre, (dubito tamen an semper?) ea nisi neglecta fuerit, facile curabilis est.

Aphtha febrilis. Est hocce exanthema nonnunquam proprium & constans febris epidemicæ symptoma juxta SAUVAGES y) & VOGEL z); hinc loquitur etiam Cl. SELLE a) de febre quadam aphthosa, quæ haud raro inflammatoriæ indolis est; similem etiam descriptam legimus apud STARKIUM b). Quandoque febris est putridæ indolis, tunc ad aliam speciem, quæ

u) loco modo citato.

v) l. c. pag. 201.

w) VAN SWIETEN l. c.

x) Perspicuitatis ergo non male me fecisse puto, quod has duas species sejunxerim, quæ olim ab auctoribus confundebantur. — nonnisi causa differunt.

y) *Nosologia methodica*.

z) *Systematische Eintheilung der Krankheiten*. vid. CULLENII libr. T. II. p. 133.

a) *Rudimenta pyretologiæ methodicæ*. Berolini 786. pag. 178.

b) l. c. pag. 168 sqq.

Aphtha maligna c) dicitur, pertinet. Est ergo hæc ea, quæ cum una ex febribus §. 16. recensitis malignis juncta est.

Aphtha syphilitica : duplicem originem f. causam agnoscit; oritur nempe vel a lue universali, vel a lactatione nutricis venereæ, quæ ultima species in infantibus a nutrice venerea lactatis persæpe observatur; quomodo a reliquis ulceribus venereis differat, non video ex descriptione, quam nobis de utroque morbo dedit PLENKIUS d): facile vero dignoscitur ex causa prægressa.

Aphtha mercurialis e). Tum sanis, tum syphilithicis a remediorum mercurialium usu copiosiori oriuntur: ad latera & basin linguæ atque in ductuum Stenoniorum orificiis confestim erumpunt.

Aphtha scorbutica f). Nascitur ex acrimonia scorbutica: dignoscitur ex reliquis signis scorbuti præfentis.

c) Epitheton. *malignum* valde ambiguum est: hinc notare hic volo, etiam reliquas aphtharum species malignas fieri posse, sed tunc tamen retinere nomen a causa excitante: addimus modo, esse hanc vel illam aphtham degeneratam.

d) l. c. pag. 96. & 97. etiam SAUVAGES l. c. aphthæ vocari debent, si ulcera adhuc sunt superficialia, si vero profundius ferpunt, vera ulcera sunt denominanda.

e) PLENK & SAUVAGES l. c.

f) SAUVAGES l. c. it. SLEVOGT l. c. pag. 105. & not. STARKII, qui dubitat (& quidem recte) an non sint vera ulcera scorbutica.

Loquuntur adhuc Auctores de *aphthis ferinis* s. *pecorinis*; hæ sunt aphthæ malignæ indolis, quibus pecora præcipue affici solent; quæque in cornutis criticæ observantur: consuli de his poterunt SAGAR in Tractatu de *aphthis pecorinis*, qui prodiit Viennæ 1768 & anonymus quidam in Libro inscripto: *vom sogenannten epidemischen Zungenkrebs, der nur Schwämmgen sind und critisch beim Hornvieh vorkommt: von einem Braunschweigisch Lüneburgischen Landmann. gedruckt zu Gættingen 8° 1787 44 Seiten*. Anonymus, perscrutato, quem cancrum esse credidit, morbo invenit, esse aphthas linguam obsidentes. Curari ait: si infuso ex Spiritu fecalis, foliis nicotianæ, ruta, & sale marino confecto laventur, & dein illinentur melle in quo folia absinthii macerata sunt. Vid. *Gazett. Salut.* 1787. Nro. 37.

§. XX.

Symptomata, quæ in aphthis observantur, triplici respectu consideranda sunt.

I. *Ante eruptionem*. Præcedunt nempe aphthas idiopathicas antequam erumpunt, maxime apud infantes g).

1) *Stupor, hebetudo & somnus mox inquietus, mox profundus, ægros non refocillans*: hoc signum rarissime fallere dicit VAN SWIETEN. Ob turbas in sensorio communi ortas somnus inquie-

g) In adultis nonnisi calor insignis & dolor oris præcedit.

tus; ob lentorem lymphæ a materia apthosa (adhuc circulante cum reliquis humoribus) productum fomnus fit profundus & oritur stupor.

- 2) *respiratio* atque *deglutitio difficilis*; indicat materiem in aspera arteria, pulmonibus, œsophago colligi.

Ob eandem causam

- 3) *Vox* est *obscura & rauca*.

- 4) *Lingua ac interiora oris sicca & summus omnino caloris sensus*: hunc sensum caloris percipiunt imprimis matres s. nutrices, communicatum ab infantibus ubera fugentibus, quibus apthæ imminet; ubi adhuc notandum, avide istos papillas arripere, mox vero eas iterum derelinquere, ideo quod non fugere possunt ob pressionem papillarum iis molestum & dolorem, quem excitant muscoli in fugendo agentes.

Si vero tanquam symptoma alii morbo superveniunt apthæ; tunc

- (1) *paroxysmi febriles* jam præsentis fiunt vehementiores, (2) oritur *nausea, vomitus, appetitus prostratus* a materia putrida, biliosa, mucosa in primis viis hærente, initio morbi catharticonum ope non ut decet eliminata, hinc (3) lubenter apparent, ubi *febris cum diarrhæa vel dysenteria* incepit; vid. supra, (4) *anxiëtatē* patiuntur ægri, hæc enim semper comitatur molimina naturæ ad expellendam aliquam

materiam, quæ ipsam incommodat, si nempe partes, ubi eruptio fieri debet, nondum dispositæ sunt (5), tunc enim conqueruntur de pondere & dolore circa scrobiculum cordis, singultiunt, præcique ubi jam aphthæ ventriculum & œsophagum obsident, antequam in faucibus appareant. (6) Insigniter *debilitantur* vel ob evacuationes alias prægressas in diarrhœa, dysenteria, in ultimo phthisis stadio sponte vel arte motas, vel ob malignitatem materiæ morbosæ.

II. *In eruptione & si jam præsentis sunt.*

Brevi ante eruptionem tempore vel in ea ipsa, insignis calor & ardor oritur in ore. Omnia cruda faucibus ægro videntur, & quoniam epidermis a subiecta cute solvitur, partes summe fiunt sensibiles, ita ut levem etiam oris contactum ægre ferant ægrotantes, gustus non modo depravatur, ut VOGEL ait, sed plane omnino tollitur, quoniam ingesta neque attenuari liquoribus hanc ad rem destinatis, nec papillis nerveis applicari possunt *h*). Ex vasis materia morbifica obstructis oriri poterit liquorum sub crusta aphthosa stagnantium subita putrefactio: — neonati morbo hoc laborantes per diem noctemque ejulant, nec fugere possunt, hinc siti & fame excruciantur, si vero fugere co-

h) Si etiam soluta epidermide cibi liquoribus salivalibus solvi possent, tamen ob istos depravatos etiam gustus depravatus foret vid. GAUBIUS l. c. §phus 696. & 697.

nantur, ut plurimum mammæ lactantium circa papillas similibus ulceribus obsidentur, cui morbo Germani nomen *der Fusch* dederunt. Ast non modo oris internas partes obsident aphthæ, sed altius etiam descendunt. Erumpunt in faucibus, inque œsophago, oriuntur hinc his in partibus inflammationes, tumores, coarctantur istæ, fit ergo deglutitio difficilis, aut etiam plane aboletur. Tumores ejusmodi si circa laryngem oriantur, quem etiam aphthæ occupant, anginæ & suffocationis periculum adest. Si vero perveniant ad ventriculum ac intestina usque, cavitates vasorum absorbentium clauduntur, hinc ex ingestis neque ad secundas vias, neque ideo etiam in sanguinem aliquid venit, sed immutata per alvum secedunt, dira inde symptomata sequi & ægro mortem imminere, cuilibet patebit: papilla, per quam bilis ac succus pancreaticus in duodenum effluunt, obstrui etiam inde poterit, unde maximæ anxietates sequuntur. Præterea a crustis ulcerosis gangrænam partium, quas obtegunt, oriri posse ait VAN SWIÉTEN aliique, id quod negat tamen VOGEL, cui etiam non probabile videtur, lenteriam ideo oriri posse, quia interni ventriculi tunica ab aphthis fuit obfessa, sed credit mortem potius secuturam fore.

III. *Post delapsum.* — Crustis aphtharum os obsidentium jam delapsis, partes nudæ per se jam sensibiles,

files, fiunt adhuc fenfiliores, fequitur falivatio copiofa, fanguine interdum etiam mixta, masticatio ac deglutitio redduntur dolorificæ, unde interdum in quavis boli aut potus deglutitione, fingultus oritur. Similis humorum effluxus fit in intestinis, fi cruftæ aphtharum ibi decidunt, & quis tunc diarrhœam aut dyfenteriam inde ortam, præcipue fi per papillam in duodeno, antea obftructam, jam vero liberam, bilis copiofa, ftagnatione acris facta erumpat, mirabitur?

Hæc de fymptomatibus fufficiant, tranfeo ad prognofin.

§. XXI.

Prognofis, prouti in omnibus morbis, ita & in hoc fummam exigit Medici prudentiam; momenta hic confideranda hæc fere funt:

1. *Ætas*. Aphthas in ætate infantili alii innocuas, alii periculofas effe ajunt; argumenta quæ ambo adducunt, hîc enarrare nimis prolixum effet. Equidem ea penfitans credo, quemcunque eorum quodammodo non valde erraffe, aft, quoniam aphthæ in infantibus ut plurimum ex levi quadam caufa & idiopathicæ oriuntur, in genere affirmare possumus, plures infantes, cæteris paribus, evadere quam adultos. Cæterum, in omni ætate, ad momenta reliqua nunc dicenda refpiciendum erit.

2. *Color.* Quicumque alius color, quam albidus, malum signum est, flavus, lividus, cinereus, profunde ruber, omnes hi colores, uti auctores uno ore profitentur, periculum indicant: etiam supra modum albidus exitum minime faventem promittere affirmat HUXHAM *i*). ROSENSTEIN *k*) ait, quot adfunt aphthæ maculis nigris obductæ, tot etiam gangræna esse affectas *).
3. *Locus primario affectus.* Aphthæ, quæ nonnisi partes masticationi inservientes occupant; parum periculi habent, ac facile vincentur; quo vero magis inferiora versus descendunt, eo peioris indolis sunt; quæ vero ab inferioribus, intestinis, ventriculo &c. incipientes versus superiora adscendunt, & insuper crusta lardo recenti simili obducuntur, perniciosissimæ sunt.
4. *Copia.* Quo pauciores, eo meliores sunt aphthæ; si modo sparsæ hinc inde inveniuntur in ore, nec signa prægressa suspicionem movent vel majori copia obtectas jam esse partes internas, ventriculum ac intestina; vel deficere vires vitales, quo defec-

i) Opera medico-physica. T. I. p. 175.

k) l. c. pag. 58.

*) RIVERIUS ait, quæ sunt profunda, sordida & maligna & cum crusta nigra, deteriora. DE HÆN in *Prælect. in H. Boerhaave instit. pathol.* ait: pag. 205. Si albæ sunt, cruditas, (i. e. degeneratio humorum a statu naturali) minor; si flavæ, si fusæ, si nigrae, eo major cruditas.

tu impediuntur, quo minus copiosiores erumpant, de bono eventu securi esse possumus.

5. *Causæ prægressæ.* Quo levior mitiorque causa aphthas produciens fuerat, eo melius futurarum aphtharum omen erit, eo benigniores ipsæ erunt: sic aphthæ ex assumtis acribus ortæ, absque ullo morbo prægresso sese manifestantes, minus periculosæ sunt quam illæ, quibus alii morbi maligni, dysenteria *l)*, febris putrida, phthisis pulmonalis *m)*, febris lenta, lues venerea, miliaria *n)* &c. antecesserunt, præcipue si diu jam iis decubuerunt ægri, ideoque viribus jam exhausti sunt, hinc in prognosi facienda inprimis etiam attendendum ad
6. *Vires;* quæ si fractæ sunt, signum funestum est, si vigent adhuc, spes convalescentiæ affulget.
7. *Vitæ regimen antea observatum & medicamenta adhibita.* — Si initio morbi, ex immatura mulierculorum diligentia æger in cubiculum calidum positus, stragulis bene tegitur, si insuper alimentis vel medicamentis calefacientibus sanguis per se jam æstuans magis adhuc ad fervorem agitur, tunc debent omnino fluida dissipari, inspissari hinc, & ita fomes, qui exstingui debuisset, ma-

l) QUARIN *animadversiones practicæ in diversos morbos.* pag. 213.

m) WEBER *l.c.* Sect. II. pag. 199.

n) A. DE HÆN *l.c.* pag. 206.

gis adhuc accenditur. Ita medicamenta adstringentia in momento eruptionis propinata nocent, dum vasa constringunt, materiam aphthosam jam erupturam repellunt, adeoque quo minus erumpat, impediunt. Tumores tandem, imo inflammationem & gangrænam partium affectarum inde oriri posse, facile patet.

8. *Crustarum aphthosarum duratio.* Crustæ quo diutius permanent, antequam decidunt, eo peioris indolis sunt; indicat enim materiem tenacior, vires jam debilitatas, vasa supposita non satis pervia: — hinc meliores aphthæ, quarum crustæ cito cadunt.

9. *Consistentia crustæ.* Quo durior, crassior, densior, tenacior est crusta eo deterior est, novæ enim priori nondum deciduæ sensim sensimque succrescunt crustæ, tardius decidunt, humores magis corrumpuntur, id quod etiam indicat color inde ortus, flavus, fuscus, &c. unde certe faustus exitus prædici nequit.

10. *Constitutio partium post delapsam crustarum.* Si delapsis jam crustis aphthosis loca iis paulo ante obiecta apparent pura, rubra, humida o), bonum signum est, tunc enim novæ vel plane non

o) Id ipsum KREBS l. c. pag. 6. in nota pro signo certo, aphtharum non amplius rediturarum, allegat.

succedunt, vel admodum raræ & paucæ modo, ultimam materiem morbosam, mobilem quippe eliminantes renascuntur; si vero ficcus vel tenuissima aliqua tela alba obductus oculis perferutantibus se sistit locus, pro malo signo habetur, nam æque copiosæ ac densæ, imo densiores adhuc ac ante erumpunt aphthæ, si nempe vires ægri eruptionem permittunt, si istæ vero fractæ & producendis novis aphthis impares fuerint, sub diris anxietatibus æger morbo succumbit. — Quo frequentior tandem regeneratio aphtharum est, eo periculosiores ipsæ sunt, fiunt enim sæpe inde chronicæ, juxta VOGEL *p*).

§. XXII.

Quibusnam jam remediis huic morbo succurrendum sit, superest ut dicam.

Præcaventur aphthæ neonatorum, si quam primum propriam vitam vivere incipiunt, meconium & strigmenta glutinosa, caseosa, quibus primæ viæ repletæ sunt, e corpore eliminantur, sique nutrices os infantis quotidie inspiciunt, illudque mundant *q*).

p) *Prælect. de cognosc. & curand. C. h. affect.* Lausannæ 1781.

q) Præscribit hoc scopo ROSENSTEIN p. 60. l. c. decoctum aliquod, præparatum ex foliis salviæ, infusis in aqua font., admixta pauca mellis quantitate, in quod panniculum lineum intingere, cumque hoc os infantis eluere nutricem jubet.

Aphtharum symptomaticarum cura prophylactica est ea ipsa, quæ morbi principis: præcaventur ita sæpe e. g. in morbis acutis Venæsectione, interdum & catharticiis & emeticis in morborum initio exhibitis r). Probat id experientia, qua novimus hodie non amplius adeo vulgare esse, aphthas vel etiam exanthema miliare sese jungere morbis acutis, præcipue feбри, diarrhœa vel dysenteria concomitata, ex quo regiminis & remediorum calefacientium loco, purgantia repetitis vicibus exhibere solemus s). Si vero jam sese manifestant aphthæ, quomodo iis medendum est?

§. XXIII.

Ubi infantes lactantes aphthis afficiuntur, eæque a lacte corrupto (quod fane ut plurimum fit) ortæ sunt, nutrix vel mutanda cum alia est, vel studendum ut istius lac corrigatur, hunc scopum obtinebimus, nutrici exhibendo pulverem, quem ROSENSTEIN *pulverem nutricum* t) appellat, sique porro istam plus solito, bibere jubemus, potus jam fit vel aqua simplex, vel decoct. hordei, vel quicunque alius potus diluens: aphthæ ipsæ illi-

r) OOSTERDICK SCHACHT l. c. pag. 281. §. 13.

s) DE HÆN l. c. pag. 113. fqq.

t) compositus est hic pulvis ex Magnes. albæ unc. un., flaved. cort. aurant., sem. fœnicul. sacch. alb. ana drachm. duabus, m. tere f. 4-5 per diem de eo fumendum, quantum cultri apice contineri potest.

nentur melle rofar. cui pauxillum Spiritus vitrioli *u)* additum est pluries per diem, & dein infans, si delabuntur crustæ aphthosæ leniter evacuetur. — In curandis aphthis symptomaticis præcipue ad febris naturam respiciendum est, cui remedia accommodanda sunt. Ut plurimum febris aphthis focia, est inflammatoriæ indolis; tunc ad sedandum æstum febrilem optime conducunt e. g. Infusum flor. sambuci, tilia, spiritu vitrioli vel oxymelle mixtum; decoctum hordei vel avenæ, cui nitrum depuratum *v)* additur; serum lactis tamarindinatum, aliaque remedia diluentia, resolventia, refrigerantia, quorum insignem numerum in Mat. Med. reperimus. V. S. Si vires ægri admittunt, instituenda. — Si vero febris est putrida; china, camphora, contrajerva, aër fixus cum potibus acido-mineralibus *w)* adhibeantur. Si est febris intermittens, china, Radix card. benedict., aliaque amara non valde adstringentia in usum trahantur. — Hæc interne dantur: inter remedia externa, quæ tamen & intus dari possunt, quæque tam crustæ delapsum pro-

u) Compositio fit. Recip. mel. rofar. drachm. un. Spiritus vitrioli f. falis marin. gutt. un. f. duas. vel Rec. Rob. diamor., Rob. dianuc., mel. rofar. ana drachm. dimid. add. Spiritus vitrioli, quant. satis ad saporem acerbiusculum — simili modo utendum.

v) Rec. decoct. hord. Libr. quatuor, oxymell. simpl. unc. tres, acet. unc. un. nitri depurat. drachm. un. m. sumat pro lubitu.

w) Rec. aquæ comm. Libr. quatuor, Sacch. alb. unc. duas; Elææ-sacch. citr. unc. dimid. Spiritus vitrioli q. s. ad grat. m.

movent tanquam linimenta vel gargarismata adhibita, quam calorem febrilem sedant, laudantur sequentia: succus expressus sempervivi majoris, qui cum mellis partibus æqualibus miscetur & aluminis tantum superadditur, quantum sufficit ad saporem acerbiusculum x). Utilis porro habetur succus expressus raparum y), cum melle rosar. mixtus interne propinandus; idem succus cum jusculo carnis vitulinæ coctus tanquam potus, clyfma, gargarisma adhibetur. Remedia ex borace egregios effectus ad solvendas & desquammandas crustas aphthosas edere cum omnibus auctoribus experientia loquitur. Cl. MELLIN *) ita illum præscribit: Rec. boracis drachm. dimid., tere cum aquæ font. unc. dimid., solut. add. mellis comm. unc. un.; id & adhibeatur pro linimento & quotidie bis terve ejus propinari cochlear potest. — Si plane non desquammare sese vellent, Spirit. cochleariæ drachm. quinque, succ. citr. drachm. un. os deterere & chinam exhibere fas esset z). Aphthæ si lividæ, gangrænosæ apparent, china exhibetur variis sub formis, in pulvere, extracto; — tanquam clyfma decoctum chinæ cum melle rosarum applica-

x) en remedium Boylei: Rec. succ. express. semperv. maj., mell. comm. ana unc. un. m. coq. dein adde aluminis q. f.; quo omni hora aphthæ illiniuntur.

y) vel decoct. danci carottæ f. ejus succus expressus; vel decoct. f. succus expressus brassicæ rapæ.

*) l. c. pag. 123.

z) BERNSTEIN l. c. pag. 229.

ri potest *a*). In aphthis a lue venerea ortis , præscribit Cl. PLENK *b*). mercurium gummosum *c*) interne fumendum , externe vero laudat gangarisma mercuriale *d*). In aphthis scorbuticis nil melius effe dicit B. DE SAUVAGES , quam si tangantur oleo vitrioli puro , aqua Rabelii *e*) , & similibus.

a) vel etiam sq. remedium. Rec. terræ japon. drachm. tres, coq. in aquæ calc. Libr. un., ad reman. unc. quatuor, colat. add. Sacch. Saturn. scrup. un., mel. rosar. unc. duas; f. per singulam horam cochlear, quod aliquamdiu in ore retinetur, tandemque lente deglutatur.

b) l. c. pag. 96.

c) en compositionem: Rec. Mercur. revivifaciti drachm. un. pulv. gumm. arab. drachm. tres, terantur probe, donec omnes globuli mercuriales disparuerint, tunc addatur Syrup. diacod. unc. dimid. misceantur. Equidem credo mercurium sublim. corrosiv. infantibus æque ac adultis exhiberi posse, en methodum exhibendi. Rec. mercur. sublim. corrosiv. gr. duo; syrup. fumar. unc. sex m. f. infanti bienni mane & vesperi unum, infanti octo annos nato duo cochlearia parva exhibeantur: pro adultiori vero ita Rec. mercur. sublim. corrosiv. gr. sex, aquæ destill. Libr. un. Syrup. capill. vener. unc. un. m. d. f. mane & vesperi cochlear magnum.

d) en talia: Rec. mercur. vivi drachm. dimid. gumm. arab. drachm. tres, Syrup diacod. unc. dimid., mercur. dulc. gr. sex, tere ad mucilaginem, dein add. Decoct. flammul. jovis Libr. duas, mel. rosac. unc. un. Essent. myrrh. drachm. un. m. f. gargarisma. Vel Rec. aquæ flor. samb. Libr. un.; Gelat. amyl. drachm. un., syrup. papav. alb. unc. un. m. add. mercur. gummos. drachm. un.

e) Composita est ex Rec. olei vitriol. unc. quatuor, Spirit. Vin. rectificat. unc. duodecim, misceantur lente & non nisi post octo aut plures a mixtione dies trahatur ad usum.

Ante omnia vero, si signa adfunt materiæ putridæ, biliosæ, aliarumve fordium in primis viis præsentium, istæ eliminantur, & quidem in neonatis opè Syrup. Cichor. cum Rheo, in adultis vero opè Tamarindorum cum Sale aliquo medio mixtorum *f*). Observetur tamen, ne purgans detur in ipso eruptionis momento, eo enim natura in molimine suo turbaretur. In toto ergo morbi decursu evitentur evacuantia; ast si alvus obstipata est, clysmata emollientia injiciantur, quæ fere solum remedium sunt, ad quod confugimus, si æger ob fauces aphthis dense obsessas vel non deglutire potest, vel si deglutire possit, ob primas vias valde obsessas, deglutita absorberi non possunt. — In ejusmodi casu balnea etiam optimo cum fructu adhiberi possunt e. g. ex flor. sambuci, herbis emollientibus, furfuribus triticeis, sapone &c., vel etiam ex lacte, dupla aquæ quantitate diluto. — Diæta etiam observetur, unde humores viscidos non oriantur, sit ergo liquida, tenuis, simulque alendo apta, ne scil. vires labantur, sed sustententur potius; vescatur itaque æger cremore hordei, oryzæ, fago, aliisque alimentis concoctu facilibus: abstineat vero ab omnibus iis, quæ humores viscidos, alcali-

f) Rec. Pulp. Tamarind. unc. tres, cryst. tartar. drachm. duas, Syrup. rosar. solut. drachm. sex, fumat. sæpius cochlear, donec purgetur.

nos generare possunt, hinc exulet omnis caro; præcipue si cum aphthis febris putrida conjuncta fuerit: si vero vires valde fuerint labefactatæ paululum vini ægro concedi potest. Exercitia corporis, si tempestas calida, serena, sicca, & constitutio reliqua ægri id permittunt, conducunt. Ita continuatur, donec decidant crustæ. His delapsis vero evitentur omnia, quæ irritant; adhibeantur contra mucilaginosæ, leniter adstringentia remedia; si partes oris faucis, dolorificæ fuerint, oblinantur mucilagine cydoniorum mixta cum syrup. semperv. maj. &c g). Si dolor minuitur, roborantia lenia dantur; decoct. fol. agrimonis cum melle rosarum h). Aphthis jam methodo hucusque præscripto victis, purgans eccoproticum roborans ex Tamarindis, Rheo, Manna &c. curæ finem imponit.

§. XXIV.

Symptomata quæ interdum post morbum jam victum adhuc remanent, ita curantur:

1. *Obstructiones*: clysmatibus emollientibus aperiendæ, referendæ sunt.
2. *Diarrhæa*, cohibetur mucilaginosi e. gr. cornu

g) Vel sq. solutio: Rec. aq. rosar. unc. duas, vitell. ovar. nr. duo; Syrup. papav. alb. unc. un. cremor. tartar. q. f.

h) Sive serum lactis cum china — porro serum lactis cum aq. to paratum; succus citri f. aurantiorum, f. Oxymel.

cervi, gummi arabico in cremore hordei soluto cum croci aliqua parte; vel etiam opio.

3. *Ptyalismus* tollitur adhibitis primo mucilaginosi quibus leniter adstringentia adduntur, dein roborantibus.

4. *Singultui* & *Dysphagiæ*, si adhuc versus finem sese huic morbo adfociant, nec suapte evanescent, opponimus diætam tenuem & mucilaginosam, cui post paucum temporis spatium ista incommoda cedunt.

Ulcuscula *i)* circa papillam mammarum orta in nutricibus infantes aphthis affectos lactantibus debellantur cataplasmate, consistentiam unguenti habente imposito, ex albumine ovi, oleo olivarum, cerussa & croco composito.

Si vires defecerint

tamen laudanda voluntas.

i) Der sorgfältige Kinderarzt. Ein medicinisches Handbuch für Aerzte und Nichtärzte. Leipzig 1786. p. 57.

T H E S E S.

I.

Applicatio clysmatum ex fumo Tabaci
in asphyxia submerforum magis nocere,
quam prodesse videtur.

II.

Qui e variolis semel jam evasit, si iterum
contagio se exponit, non ideo absolute se-
curus est, quin de novo ab iis afficiatur.

III.

Hinc insitio variolarum minoris usus
esse videtur, præcipue etiam, quoniam vel
optima materies variolosa, pessimas tamen
variolas producere possit.

IV.

Virus canis rabidi diu in vulnere ma-
net, unde topica remedia mox post morsum
applicata multum profunt; ast in sanguinem
resorptum, ubi Hydrophobiam produxit,
nec externa, nec interna remedia hodie-
dum nota quidquam valent.

V.

Vesicatoria in febre putrida non roborant, sed excitant modo naturam, ut vires ultimas, si adhuc quædam supersunt, intendat.

VI.

Ramorum arteriosorum duorum junctim sumpta lumina semper minora sunt trunci lumine vel huic fere æqualia.

VII.

Glandulæ irritabilitate peculiari gaudent, ut certis tantummodo & specificis stimulis irritentur ac contrahantur.





